

congruo congregandum et ad sanctam^{a)} matrem ecclesiam catholicam⁶⁷⁾. Que appellatio fuit^{b)} ad ipsius Iohannis notitiam deducta^{b)}, prout notorium et manifestum est^{c)} et constat etiam per legitima documenta. Et^{d)} quod ipse Iohannes post et contra dictam appellationem promulgavit et protulit de facto contra nos et fideles nostros ac nos sequentes et nobis prebentes auxilium, consilium^{e)} et favorem dictas excommunicationis et interdicti sententias^{f)}, si sic dici possunt. Ergo fuerunt et sunt nulle et nullius valoris et momenti nec sunt aliquo modo timende nec servande^{g)}.

Nec obstat, quod dicitur, quod papa non habet superiorem^{h)}, unde, ut aliqui garriunt, non potest abⁱ⁾ ipsoⁱ⁾ modo quolibet^{k)} appellari. Et vere non obstat, quoniam manifestum est secundum doctrinam catholicam et^{l)} sacrorum canonum, quod^{m)} papa^{m)}, ubi de fide sive de iure divino agitur, subestⁿ⁾ conciliis^{o)}, ut patet per illud^{p)}, quod legitur^{q)} et notatur XV.^{r)} di. c. *Sicut sancti*⁶⁸⁾ in textu et glossa et XXV.^{s)} q. I. c. *Sunt*^{t)} *quidam*⁶⁹⁾ cum^{u)} sequentibus c.^{v)} et XIX. di. c. *Anastasius*, ubi glossa ordinaria super verbo *concilio*^{w)} dicit sic: *Videtur ergo, quod papa tenetur requirere concilium^{x)} episcoporum, quod verum est, ubi de fide agitur^{y)}, et tunc^{z)} synodus maior est papa, XV.^{a)} di. c.^{b)} *Sicut sancti, in fine*. Hec glossa ordinaria^{c)}⁷⁰⁾. Et quod papa, ubi de^{d)} fide^{d)} agitur, habeat superiorem in terris, a quo possit iudicari et per consequens ad ipsum^{e)} superiorem valeat appellari,*

a) folgt sanctam Nv

b) fuit — deducta] ad ipsius Iohannis notitiam fuit deducta E; fuit ad ipsius Iohannis deducta notitiam NpNv; fuit ad notitiam ipsius Iohannis deducta V

c) hinter notorium V

d) fehlt G

e) concilium K

f) hinter excommunicationis NpNv

g) observande V

h) folgt in terris NpNv

i) ab ipso] adipisci V; fehlt NvG

k) quomodolibet NpNv

l) fehlt G

m) fehlt G

n) folgt de Nv

o) consiliis NpNv

p) id KG

q) habetur V

r) XX. G

s) XXX. Nv

t) sicut G

u) et in E

v) fehlt NpNv; vor sequentibus G

w) consilio NpNv

x) consilium NpNvG

y) vor de V

z) revera G

a) XX. Nv

b) fehlt V

c) fehlt NpNv

d) fehlt Nv

e) folgt eius G

67) Vgl. oben Anm. 50.

68) D. 15 c. 2.

69) C. 25 q. 1 c. 6.

70) Gl. ord. ad D. 19 c. 9.